e-codices

eſt gaudio magno· et ponens genua
ſua in terram· expandit man9 ſuas
ad celū et cū lacrimis dixit· dn̄e iheſu
xp̄e ſeminator ſti conſilij ſemina
ſeminū fructꝯ quos in cecilia ſeminaſti
dn̄e ihu xp̄e paſtor bone cecilia fam
ula tua quaſi ouis tibi argumentoſa
deſeruit· Nam ſponſū quem q̄ſi leonē
ferocem accepit· ad te quaſi agnum
manſuetiſſimū deſtinauit· Iſte huc
niſi crederet non veniſſet· Aperi ergo
dn̄e cordis ei9 ianuam ſermonibꝫ tuis·
ut te creatorem ſuū eſſe cognoſcens·
renunciet diabolo et pompis eius et
ydolis ei9· Hec et hijs ſimilia orāte ſc̄o
vrbano ep̄o ſubito ante faciem ipſorū
apparuit ſenior indutꝯ niueis veſtibꝫ
tenēs tytulū i manibꝫ aureis litteris
ſcriptum· quē videns valerian9 nimio
terrore corripit̄· et cadens in terram
factꝯ eſt quaſi mortu9· Tunc ſenior ele
uauit eū dicens· Lege hui9 libri textū
et crede ut purificari merearis et vi
dere angelū cui9 tibi aſpectū cecilia virgo
deuotiſſima repromiſit· Tūc valerian9
reſpiciens cepit intra ſe legē· Scriptura
aūt tituli hec erat· Vn9 deus vna fides
vnū baptiſma· vn9 deus et pr̄ omniū
qui eſt ſup̄ oia et in oibꝫ nobis· Cumqꝫ hoc
intra ſe legiſſet· dicit ei ſenior· Credis
ita eſſe an adhuc dubitas· Tūc valeri
an9 clamauit voce magna dicens· Nō
eſt aliud qd̄ verius poſſit credi ſub celo·
Cumqꝫ hec dixiſſet valerian9 ille ſenior
oculis eorū elapſ9 eſt· Tūc ſc̄s vrban9
baptizauit eū et docens eum omnē
fidei regulā remiſit eum ad ceciliam
diligenter inſtructū· Veniēs i valerian9
indutꝯ candidis veſtimentis ceciliam
intra cubiculū orantē inuenit et ſtantē
iuxta eam angelū dn̄i pennis fulgētibꝫ
alas habentē et flammeo aſpectu radian
tem et lilijs albeſcentes quiqꝫ vnā dedit
cecilie et alterā valeriano dicens· Iſtas
coronas immaculato corde et mundo
corpore cuſtodite· quia de paradiſo dei
eas attuli ad vos· Et hoc vobis ſignum
erit· nūq̄ marcidū aſpectꝯ ſui adhibet
florem· nūq̄ ſui minuit ſuauitatem
odoris nec ab alijs videri poterūt ſic
vobis parata eſt placuiſſe· Et q̄z tu vale
riane conſenſiſti conſilio caſtitatis miſit

me xp̄s fili9 dei ad te ut quam volueris
petitionem inſinues· At ille audiens
adorauit eū et dixit· nichil michi i iſta
vita dulci9 extitit quā vnicus fratris
mei affectꝯ· et impiū m̄ eſt ut me libe
rato germanū meū in periculo pdicionis
aſpiciam· Hoc ſolū petitoribꝫ meis oibꝫ
antepono et deprecor ut fratrem meū
tyburciū ſicut me liberare dignetur
ut faciat nos ambos in ſui nois cofeſſione
pfectos· Audiens hec angelꝯ letiſſimo
vultu dixit ad eū· Quoniam hec petiſti·
qd̄ meli9 quā te xp̄m implere delectat·
ſicut te p famulam ſuā ceciliā lucratꝯ
eſt dn̄s· ita p te tuū q̄z lucrabit̄ fratrem·
et cū eodem ad martirij palmā attin
gis· Hijs itaqꝫ finitis ſermonibꝫ aſpe
ctꝯ angelica nois migrauit ad celos· Et
illis epulantibꝫ i xp̄o atqꝫ i edificacōe
ſcā ſermocinantibꝫ tiburci9 valeria
ni frater aduenit· ingreſſ9 quaſi ad
cognatā ſuā oſculatꝯ eſt caput ſancte
cecilie et ait· miror hoc tēpore roſe9
hic odor et liliorū vnde reſpiret· Nā
ſi tenerem ipſas roſas aut ipſa lilia
i manibꝫ meis nec ſic poterant odora
menta tante michi ſuauitatis ifudē·
Confiteor vobis ita ſū refectꝯ ut putē
me totū ſubito renouari· Dicit ei va
lerian9· Odorem iā meruiſti me in
terpellante ſuſcipe· modo te credente
pmerebaris etiam ip̄o roſeo aſpectu
gaudere et intelligere cui9 in roſis
ipſis ſanguis floreſcit· et in lilijs cui9
corpꝯ albeſcit· Coronas enim habem9
quas tui oculi videre non preualent·
floreo rubore et niueo candore vern
antes· Dicit ei tiburci9· In ſomnis hec
audio an in veritate iſta tu loqueris
valeriane· Rn̄dit valerian9· In ſomnis
vſqꝫ nūc viximꝯ· Nā modo in veritate
ſum9· et fallacia nulla i nobis ē· Dij
enim quos coluim9 ad omnem fidem
demonia cōpbant· Dicit ei tiburci9·
Vnde hoc noſti· Rn̄dit valerian9· An
gelus dei docuit me quē et tu vidē
poteris ſi purificatꝯ fueris ab oi ſorde
ydolorū· Dicit ei tiburci9· Et ſi poteſt
fieri vt videam angelum dei· que
mora eſt purificacionis· Reſpondit
valerian9 nulla· Hoc tn̄ m̄ tu ſponde
q oia ydola deneges et credas vnū

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%20143v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%20143v)